

DE  
 NIMIS SCRVPVLOSA  
 HVMANI CORPORIS  
**AB AERE FRIGIDO**  
 DEFENSIONE  
 EIVSQVE NOXA

\* \* \* \* \*

SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS

ET

CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

PRAE S I D E

VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMOQUE

**D. PHIL. ADOLPHO BOEHMERO**

MEDICINAE ET ANATOMIAE PROF. PVBL. ORDINARIO,  
 ACADEMIARVM CAESAR. NATVRAE CVRIOSOR. ITEMQVE IMPERIAL.  
 PETROPOLIT. ET REGIAE BEROLINENS. SCIENTIAR. SODALI,  
 ORDINIS MEDICORVM R. T. DECANO,

**PRO GRADV DOCTORIS**

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
 DOCTORALIBVS RITE CAPESSENDIS

AD D. XXVII. SEPTEMBR. A. S. R. MDCCCLVIII.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PVBLICE DISSERET

AVCTOR

**CHRISTOPHORVS ERNESTVS GROSS**

BAVMERSRODA THVRINGVS,

SOCIETAT. LIBERAL. ART. LIPSIENS. SODAL.

\* \* \* \* \*

HALAE MAGDEBURGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.

85  
nimis servaturosa  
humani corporis  
ab aere frigido  
dilectione  
tiscae noxi  
cum variolosa sanguini nimis  
consensu gradiove taciturna medicina  
privata  
d. phil. adolpho bonhiero  
medicinae et anatomiae topografie ordinario  
opifex anatomiae naturae carborodum  
petropoli et regiae anatomiae professor  
opere medicorum et medicorum  
pro gradu doctoris  
summis in medicina honore et lauream  
doctoriatus et titulus  
in grecis et latinis  
veteris et moderni  
christophorus ernstus gross  
naturae et medicinae  
professor  
huiusmodi originalis imprimendis

VIRO MAGNIFICO,  
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, EXPERIEN-  
TISSIMO, DOCTISSIMOQVE,

D. ANDREAE ELIAE  
BVCHNERO,

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
POTENT. BORVSSORVM REGIS A CONSILIIS INTIMIS,  
MEDICINAE ET PHILOSOPHAE NATVRALIS PROFESSORI

PUBLICO ORDINARIO,  
ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDI,  
ACADEMIARVM REGIARVM, BEROLINENSIS, MONTISPESSV-  
LANAE, ET ELECTORALIS MOGVNTINO-ERFVR.

TENSIS SCIENTIARVM UTILIVM SODALI,  
COMITI PALATINO CAESAREO,

ACADEMIAE FRIDERICIANAE HOC TEMPORE PRO-RECTORI,

NEC NON  
VIRO MAGNIFICO,  
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO,  
CELEBERRIMOQUE,  
**D. IO. CHRISTOPHORO**  
**GOTTSCHEDIO,**  
LOGICES, METAPHYSICES, ATQVE POESEOS PRO-  
FESSORI PUBLICO ORDINARIO,  
ACADEMIAEQVE LIPSIENSIS DECEMVIRO, COLLEGII MAIORIS  
PRINCIPALIS COLLEGAE, ACADEMIARVM REGIAE BEROLI-  
NENSIS, ELECTORALIS MOGVTINAЕ, ET BONONIENSIS,  
NEC NON SOCIETATVM, LIBERALIVM ARTIVM CAESAREAE,  
REGIARVMQVE TEVTONICARVM REGIOMONTANAЕ  
ET GOETTINGENSIS SODALI, ET CETERA,  
PATRONIS ATQVE PRAECEPTORIBVS SVIS  
OMNIBVS PIETATIS REVERENTIAEQVE NOMINIBVS  
PERPETVO SVSPICIENDIS  
IN  
SEMPITERNAE OBSERVANTIAE GRATITUDINISQUE  
DOCUMENTVM,  
BENEFICIORVM IMMORTALIVM IN SE COLLATORVM  
GRATISSIMAM RECVLTVRVS MEMORIAM,  
PRIMITIAS HAS ACADEMICAS

D. D. D.

A V C T O R.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA  
DE  
NIMIS SCRVPVLOSA HVMANI CORPORIS  
AB AERE FRIGIDO  
DEFENSIONE, EIVSQUE NOXA.

PROOEMIVM.



Tametsi vel maxime necessariae ad corpus nostrum in sanitatem ac vigore conseruandum sunt se- & excretiones, quibus nimirum utiles continuo separantur, inutilesque remouentur humores: tam arcti definitique tamen illis praescripti sunt limites, qui, si qualicunque modo transmi-

A 3. 1073AB. 1073

grentur atque peruertantur, presso pede machinae sane fragili labem quandam inferunt certissimam. Sanctoriana perspiratio, maximum illud humorum impurorum emunctoriū, quamquam indefinenter massam sanguineam ab excrementiis depurgat particulis, certis tamen quibusdam gaudet determinationibus, nunquam sine sanitatis detrimento violandis. Primaria vero omniumque praesentissima, quae exinde sequi solet, noxa plerumque consistit in subsequente se- & excretionum imminutione. Cum itaque multoties partim regimine peruerso, partim intempestiis huiusmodi medicamentis hanc salutarem excretionem continuo liberius promouere, vel potius augere intendunt mortales; pessimo nimirum more in conclaibus, ab omni aëris accessu probe munitis, propriisque exhalationibus calefactis degentes vitam; vel valde oneroso amictu a frigore arcentes corpus: profecto non suo solum excidunt, quem sibi praefixerant, scopo, quoniam sufflaminant magis, quam promouent transpirationem<sup>\*)</sup>; sed ad multifarios etiam morbos præbent ansam. Licet enim

<sup>\*)</sup> Conf. SANCTORIUS de Medicina static. Aphor. 69.

enim peruerso tali regimine saepenumero  
augeri videatur excretio ; hoc tamen au-  
gmentum aut plane imaginarium est, aut sal-  
tem proxime subsequentis imminutionis con-  
stituit causam. Pessime ergo sibi consulunt  
vappidi eiusmodi perpetui madoris patroni,  
qui ex praeiudicata hac opinione, corpus  
scilicet in continua aucta transpiratione, aut  
potius vapore esse conseruandum, nimis  
scrupulose curioseque illud a liberiori aëre  
ambiente arcent atque defendunt; & hac de-  
re tam aërem sollicite fugiunt, quam pecu-  
liares vestes conficiendas curant, & vel pel-  
libus, puluinis alioque oneroso amictu, &  
hiemali & aestiuo tempore, se quasi inuol-  
vunt. Operae igitur pretium duxi, breui hac  
tractatione veram monstrandi noxam , ex  
iisdem adeo frequenter in regimine com-  
missis erroribus oborientem. Annuat his  
conatibus meis diuinum Numen, eosdemque  
in sui nominis gloriam proximique com-  
modum atque salutem cedere iubeat.



§. I.

*De nimis scrupulosa humani corporis*

**C**orpori nostro ex nimis curiosa a fri-  
gore defensione insignem inferri-  
noxam, satis superque quotidiana  
manifestat experientia; siquidem  
eiusmodi peruersi regiminis fau-  
ores vt plurimum imbecillis sunt constitutionis, per-  
petuique valetudinarii, ita, vt a quibusuis leuioribus  
aëris initriis, diuersis insimul obnoxii fiant mor-  
bis. Verbi cauſa noui quendam eruditum, qui, va-  
na praeconceptaque ductus opinione, corpus sem-  
per tantum, quantum fieri possit, a liberiori aëris ac-  
cessu esse defendendum, continuo quasi pellitus re-  
peritur. Quippe permagna molestaque mitra, plu-  
mis referta, velatum est caput; truncum duplex, pri-  
mo laneum, dein pellicium circumdat vestimentum,  
quibus inconsuetae magnitudinis plumea adhuc cul-  
citra est subiecta; pedes denique eodem modo sunt  
obtecti inuolutique, vt profecto ne purissimus qui-  
dem aër per interstitia possit transire. Cui vero bo-  
no haec fiant, nunc porro intelligite, lectores. Per-  
petuis ille vexatur catarrhalibus affectibus, praepri-  
mis autem pertinacissimis glandularum colli tumori-  
bus, qui sine dubio ridiculum id vitae genus pro-  
causa agnoscunt. Quodsi enim molliusculus eiusmo-  
di homo subinde tantummodo pessimam hanc tolle-  
ret consuetudinem, & corpus sensim sensimque libe-  
riori aëri exponeret; tunc absque vlo medicamento-  
rum vsu tales & longe grauiores cessuri effent adfe-  
tus.

Eius. Vnicum saltem de felici huiusmodi curatio-  
ne in medium hic proferre lubet exemplum. Theo-  
logus quidam, qui adhuc in viuis est, suasu ac con-  
silio vxoris suae, haud dissimili, ac diximus, modo,  
nimis scrupulose a libero aëris accessu corpus de-  
fendere cogebar; quo fine eum, praeter valde  
onerosum amictum, continuo in museo, quo quis an-  
ni tempore ianua fenestrisque duplicatis probe fir-  
mato, commorari oportebat. Verum enim uero  
perpetuo pruriginosa purpura scorbutica & haud  
raro exanthemate scabioso adfligebatur; qui mole-  
stus affectus, ceteroquin omnem respuens curatio-  
nem, tamdiu substitit, donec mortua vxore, curio-  
sa huius regiminis custodrice, vitae genus non nihil  
mutauit, & hinc dein absque medicamentis cum  
pristina sanitate firmiorique valetudine in gratiam  
rediit.

*band (II 13) audiens* §. II.

Praeter ea ex opposito quoque elucet, tantum  
abesse, vt aër liber decensque frigus corpori nostro  
adeo sit infensum, ac eiusmodi, vt vulgo iudicatur,  
generet incommoda: vt potius quotidie vilioris  
fortis homines, qui ex inopia neque vestibus satis a  
frigore se defendere, neque calidum eiusmodi re-  
gimen in conclauibus obseruare possunt, multo fir-  
miores, nec tam facile, sicuti teneriores, morbo cor-  
reptos animaduertamus. Rusticorum, & praecipue  
nostrorum salis coetorum infantes optimum lucu-  
lentissimumque nobis hac de re praebent exem-  
plum. Isti enim a tenerrima pueritia quoquis anni  
tempore, vel absque omni, vel saltem linteo vesti-  
mento

10 *De nimis scrupulosa humani corporis*

mento indui incedunt. Quis vero obseruauit, liberam transpirationem ab aëris mutationibus adeo frequenter in iisdem supprimi, eosque hac de re catarrhis aliquaque huius generis affectibus vexari? Perpetua fere fruuntur sanitate, eorumque corpora sensim adeo fiunt robusta, ut nunquam, nisi a gravissimis adfici queant caussis. Cum e contrario effeminati eiusmodi homines, quos antea attigimus, a qualicunque nubecula, ut aiunt, praetereunte laedantur, & hinc quoque perpetuo quasi repraesentent thermometron. Simulque & id eo magis exemplo paullo supra (§. I.) adducto videtur confirmari: dum nimirum isti, si a pristino nimis curioso regimine iterum abstinent, non ab inductis solum afflictionibus liberantur, sed & eo vegetiores robustioresque euadunt.

§. III.

Ex his igitur obseruationibus (§. I. II.) haud improbabili colligi potest coniectura, soli isti scrupulose corporis a libero frigidoque aëre praeferuationi hanc inconstantem imbecillemque sanitatem, quae in iisdem mortalibus animaduertitur, esse tribuendam: seruato enim hoc regimine debilitas quoque persistit, immo aliquo modo augetur; neglecto vero sensim sensimque etiam imminuitur, & valetudo dein redit firmior confirmationque. Ex altera vero parte eo clarior haec euadit veritas, quam in iisdem subiectis, quae se non admodum circumspete aëris iniuriis exponere & magis nudis, quam tecti, incedere solent, continua fere vigeat sanitas.

§. IV.

§. IV.

Verum enim vero, quamvis haec probabiliter & a posteriori, quod Philosophi aiunt, saltem apparet: singula tamen plurimis quoque rationibus, partim ab ipsis variis aëris externi atmosphaericí viribus physicis atque effectibus, partim a structura actionibusque corporis nostri, in primis autem peculiaris texturea cutanea, &, quam producit, transpirationis insensibilis conditione defumtis, luculentissime possunt confirmari. Haec ideo in praesenti tractatione breuissime prosequemur, multiplices deinde noxas, ab eiusmodi scrupulosiori corporis ab aere frigido defensione oriundas, facilime ex ante demonstratis euoluturi.

§. V.

Antequam vero rem aggrediamur, prae omnibus quedam praemitti oportet generaliora, quo eo clarius dein de sententiae nostrae veritate convinci queant lectores. Neminem fugere potest, cuicunque corpori propriam tribui atmosphaeram; hanc autem non simplex solum illud corpus fluidum, pellucidum, mobilissimum atque elasticum, ubique corpora nostra ambiens, quod vulgo aëris nomine physici designant, constituit; sed & verisime adfirmari potest, ipsam hanc atmosphaeram infinita aliarum particularum multitudine esse referat. Quorum quidem elementorum differentias specificas in praesentiarum, cum neque ad nostrum scopum vergant, neque arcti paginarum limites permittant, haud inquiremus atque definiemus. Sufficit haec tria tantummodo eorum genera, ni-

12 *De nimis scrupulosa humani corporis*

mirum ignem, aquam atque terram, ad quae omnes istae alienae partes, in aëris interstitiis haerentes, commode possunt referri, breuissimis subiicere. Ex harum enim varia coniunctione atque mixtione multiplices quoque aëris atmosphaericæ in corpore humano oriuntur effectus, simulque diuersæ denotiones. Exinde enim aér calidus, temperatus, frigidus, siccus, humidus, grauis, leuis, purus, impurus &c. a physicis appellatur.

## §. VI.

Tantum vero abest, ut quaevis aëris constitutio nostræ sanitati possit esse conueniens; ut potius quaelibet alios diuersosque in corpore humano producat effectus. Nostrarum itaque est partium, expedire nunc curiosius, quaenam illarum salutem damnumue corpori humano sit illatura. Quoniam autem nostrum argumentum preprimis in calido ac frigido saltē versatur aëre; hæ quoque species eo exactius a nobis erunt pertractandæ. Iam vero Physiologi tam experientia, quam ratiociniis demonstrant, aërem atmosphaericum semper frigidorem esse oportere, ipso naturali corporis humani calore. Nam cum, propter continuum progressum motum, humores nostri magis magisque refriant, id est a calore resoluantur atque expandantur, sequitur, ut necessario rursus condensatione egeant. Hanc vero in pulmonibus ope aëris atmosphaericæ, ipso sanguine frigidioris, fieri debeare, iam dudum cognitum atque demonstratum est. Quando igitur aér atmosphaericus vitali corporis nostri calore esset calidior; tunc refrigerium hocce fieret

fieret minori in gradu, eamque ob cauissam eo magis resoluerentur humores, sanguinisque quantitas, e dextro cordis ventriculo eiaculata, a sinistro minus capaciore, haudquaquam recipi posset. Qui versus circulationis status vel suffocationem, vel vasorum pulmonalium ruptionem certissime esset inducturus. Praeter haec maiore calore praesente, reliqua quoque corporis humani vasā magis expanduntur, praesertim vero ea, quae immediate ab aere continguntur; cuius generis sunt, quae in extero corporis ambitu sita deprehenduntur; qua de re debitae earum functiones minus rite expedite que possunt absolui. Humorum enim resolutorum maior sit affluxus, ergo & maior peripherica excretio; vnde demum exhalatis tenuissimis subtilissimisque particulis, sanguinis massa, falsam, acrem, spissamque acquirit mixtionem.

§. VII.

Quanta vero a calido aere expectanda est noxa, tanto maior certo subsequitur, si ille simul aquosis imprægnatus est particulis. Primo enim aquum illud principium, propter grauitatem specificam, externis adhaeret partibus, easdem emollit, relaxat decentique priuat resistentia; qua demum ratione maior omnino versus peripheriam sanguinis fit congestio. In promtu igitur est iudicandum, qua propter eodem regnante aere calido-humido, homines ut plurimum, quoad externum habitum, apparet tumidi, rubicundi atque largo in quibusuis partibus madore perfusi. Secundo vero ex physicis simul palam est principiis, humidum aerem quo-

14 *De nimis scrupulosa humani corporis*

que minus esse elasticum. Cum autem ad respirationem & sanguinis per pulmones circulationem rite absoluendam illa sit necessaria, hinc non potest non, quin & istae functiones aliquo modo turben-  
tur atque violentur.

§. VIII.

Contra ea longe alia sub aere temperate frigido in corpore humano eueniunt phaenomena. Igneis enim particulis magis deficientibus, huiusmodi aer minus quoque est rarefactus, proportionataque gaudet elasticitate. Solidis ergo decen-  
tem praebet cohaesionem, atque resistentiam neque auctam, neque imminutam; fluidis vero, dum particulas aeras, in humoribus contentas, nec nimis rarefacit, nec nimis condensat, conuenientem conciliat fluiditatem. Quibus praesentibus dein proportionata sit actio solidorum in fluida ac fluidorum in solida; quippe quae non periphericam solum, sed & reliquas se- & excretiones efficit libiores expeditioresque. Cuicunque ergo facili apparebit negotio, hanc aeris constitutionem nostrae sanitati maxime esse conuenientem. Praeprimis vero ea excretionem periphericam insigniter adiuuat; iusta enim quantitate tantum humili exhalantis recipit, quantum continuo e corpore exterminatur atque remo-  
uetur: &, teste SANCTORIO atque KEILIO, multo magis dicto aere regnante, quam calidiori, robustum perspirat corpus. Haud itaque absonum videtur celeberrimi cuiusdam Medici Vitembergensis consilium, tempore scilicet hiemali, nisi gelidissimus regnaret aer, hypocaustum minus, aut si summa vr-  
geret

*ab aere frigido defensione, eiusque nona.* 15

geret necessitas, admodum temperate esse calefaci-  
endum.

§. IX.

Videamus ergo nunc, cuius generis atque  
temperaturae atmosphaeram isti sibimet efficiant  
comparentque homines. Qui, dum partim opero-  
fiorum atque calefacientem festando amictum, par-  
tim in conculibus cubitalisque latitando, nimis an-  
xie ab aere libero remotis,

*vitant fulti vitium, in contraria currunt.*

Cui instituto, ut satis faciamus, interest nostra, pa-  
cis expedire, quales *primo* eiusmodi sint eae atmo-  
sphaerae nostrae mutationes, quae generatim a per-  
spiribili humanorum corporum vapore producun-  
tur; *secundo* vero, qualia exinde accedant phaeno-  
mena, si a scrupulosa aëris in eodem statu conser-  
uatione idem hoc fluidum transpirabile & diutius  
in atmosphaera retinetur, & hinc simul maxime  
augetur accumulaturque. Verum enim vero, an-  
tequam haec distinet possunt exponi, breuissime  
ipsius huius fluidi halitusi excernendi rationem  
mixtionemque explicari oportet.

§. X.

Intuentibus nobis plane singularem artificio-  
fissimamque cutis structuram, distincte obseruamus,  
eandem ex meris vasculis, tam arteriosis, quam ve-  
nosiis esse contextam; quorum alia tantummodo  
perreptant, alia vero osculis suis, instar tubolorum  
capillarium, in externam hiant substantiam. Ultima  
haec vascula a Physiologis nunc ad duplicem ite-  
rum

16 *De nimis scrupulosa humani corporis*

rum rediguntur classem: aliam nimirum arteriolas excretorias complexam, aliam autem venas refor- bentes comprehendentem. Prioribus peripheri- cam debemus transpirationem. In externo enim ambitu, tanquam omnium maximo organo secreto- rio, superfluae partes aquosae, terrestres, salinae atque sulphureae, a massa sanguinea per validam so- lidorum actionem liberatae, instar sumi siue halitus e tubulis istis protruduntur, ac sensim sensimque ab aere ambiente resorbentur atque recipiuntur.

§. XI.

Quodsi ergo isti vapores excrementiti re ve- ra resorbentur atque aeri commiscentur, haud ob- scure dein cuique erit diiudicandum, quot varias diuersasque ipse aer atmosphaericus, corpora vbi- que ambiens, a tot diuersarumque alienarum par- ticularum ex animantium corporibus emanantium, colluuie perpetiatur mutationes vicissitudinesque. *Primo* enim ipse hic aer, tanquam corpus animali calore paullo frigidius, partes inflammabiles corpo- rum animalium promte imbibit *a)*, & hinc paullo calidior, adeoque & rarefactior minusque elasticus euadit *b)*; dein quoque plurimas, quae exhalando prodierunt, particulas aquosas, terrestres, salinas, oleofasque, ad motum intestinum putredinosum ma- xime proclives, absorbet, eaque ratione tam elasti- citatis suae, quam ponderis respectu mutatur; *ter- tio* vero, si ultimum hoc, nimirum pondus, singula- tim spectamus, dictis a causis semper superiori aere speci-

*a)* Conf. HAMBERGERI *Elem. physic.* itemque *Physiolog.*

*b)* Ibidem.

specifice grauius, densius impuriusque euadit corpus.

§. XII.

Praesentibus igitur iisdem diuersi generis particulis, quibus atmosphaericus aer impraeagnatur atque inquinatur, fieri non potest, quin maxima ex parte eiusdem natura, proprietates, virtutesque inuentantur, si ad haec inclusus diutius sine motu asservatur. Sola enim diuturna aëris quiete, ut Physici plurimis euincunt experimentis, fere omnis perit elasticitas, vel ita tamen imminuitur, ut actionibus in alia corpora exserendis edendisque minus idoneus aer euadat. Quae naturalis aëris indoles eo magis perueretur, si motus intestinus tot tamque diuersarum molecularium, ex variis elementis constantium, & copiose in eiusmodi aëre inclusu volitantium, aërea elementa dissoluendo, nouam inducit crasim, atque id eo magis, quo imminutior motus aëris localis, quem dicunt, siue progressiuus est, & quo copiosiores praesto sunt particulae inflammabiles, aërem atmosphaericum calefacientes atque expandentes.

§. XIII.

Cuncta haec vero recensita vitia (§. XII.) eo maiori nunc in gradu aërem inquinabunt atmosphaericum atque corruptent, quo arctioribus limitibus spatium, in quo aer inclusus retinetur, est circumscriptum, & quo copiosiora simul adsunt corpora, exhalationes vaporesque in illud emittentia. Quae, quantaqua est, aëris corruptio eo grauior certiorque euentura est, quo calidior & ad

C

intesti-

18 *De nimis scrupulosa humani corporis*

intestinum motum putredinosum atque resolutorium procliuior eiusmodi vaporum est natura. His enim simul & semel praesentibus, eo citius noxiū subsequi oportere effectum, palam atque in aprico est. Atqui hoc ipsum est, quod eiusmodi viuis ambulantibus vaporariis, de quibus in praesenti sermo est, perpetuo accidere, nunc porro dabimus demonstratum.

§. XIV.

Primo enim, eos si intueamur homines, eiusmodi densioris texturae, v. c. pelliceis, &c. vestimentis se inuolentes, iudicatu facillimum est, aërem atmosphaericum, qui corpori eorum interiorique vestium superficie interiacet, mox dicta haec via (§. XIII. & XIV.) esse suscepturum. Hac enim peruersa vestitus ratione istiusmodi molliusculi aliosque homines, dum, pessimo more, arctius vestitu se implicant, non solum aëri interposito minus relinquunt receptaculum, sed & vaporibus, per transpirationem abeuntibus, eo magis in eodem accumulandis, praebent ansam. Cuius rei ratio satis est manifesta. Namque cum vestimentorum fila, tum pellum fibrae, tum minimae puluillorum plumae, ita sunt constitutae, vt aquofas ex aëre interiecto moleculas promte imbibant, & perinde intumescente incipient; qua demum intumescientia pori intermedii, e quibus aliqua aëris portio egredi posset, perfecte obstruuntur atque occluduntur. His vero tandem accedit, quod ipsa haec vestimentorum filaments, posteaquam satis abunde iisdem vaporibus sunt saturata, nihil amplius humorum ex aëre

aëre interiecto attrahere atque absumere possunt. Colliguntur ergo in eodem spatio qualescumque isti vapores e corpore secedentes, ac diuersimode aërem dein atmosphaericum inquinant. Silentio hic praetermittam ex ipsis iisdem vestimentis saepenumero particulas inflammabiles atque salinas, a fluido transpirabili solutas conceptasque, in eandem simul deferri atmosphaeram. Inprimis vero in exemplum pelles citandae sunt, vestium loco habitae, vt pote quae intolerabilem spargunt foetorem. Qua ex parte etiam interdum fit, vt eiusmodi vaporarii vt plurimum perfecte hircum aut nescio quid? oleant; manifesto arguento, aliquas simul particulas, a calidis vaporibus liberatas, in aërem transiisse inclusum, easque ceteris e corpore exhalatis se commiscuisse. Pari ratione huc quoque referenda sunt industria, aliaque linteamina diutius gesta, fordinumque plena, quae itidem plerumque efficiunt, vt

*gravis hirsutis cubet hircus in uis.*

§. XV.

Quantopere vero isti, onerosum eiusmodi amictum gerentes, perperam suae, qua vescuntur, consulunt aurae, ac sibi hac de re multiplicia pariunt incommoda: tam ridicule profecto, eadem praeposta peruersaque opinione occoecati, aberrant ac similes producunt effectus, qui eamdem auram intra cubilia atque hypocausta arctius diutiusque coercent & ab omni pene aëris externi commercio accessuque defendunt; vel hiemali inprimis

20 *De nimis scrupulosa humani corporis*

tempore nimis calidum regimen sectantur. Namque hoc paēto non ea solum generalia (§. XII.), de quieti inclusique aēris depravatione demonstrata, oriuntur damna, sed facili modo iisdem atmosphaera quoque corruptitur inquinamentis paullo ante (§. praeced.) commemoratis; variae enim illae res circumstantes, quas exposuimus, maxima ex parte inter se conueniunt. Quam breui tempore arctum hypocauisti spatiū eiusmodi vaporibus diuersae indolis atque naturae non potest repleri? quo copiosiora enim adsunt corpora exspirantia, & quo minus illud simul, in quod exhalant, est spatiū; eo citius aēr inclusus alienis moleculis imprægnatur. Atqui vero in tale conclave non proprium corpus solum diuersas, inauram mittit particulas copiosissimas (§. X.), sed vnum quodque etiam animalium ceterorum, inanimatorumque corporum in eo præsentium, v. c. canes, feles, cibi, potulenta &c. suum quoque contribuunt symbolum. Qualis ergo a tot & diuersis commixtis accumularisque particulis progerminet aēris constitutio, quilibet fatis superque sensibus cogitationeque percipere potest. Nam squalidus nauseosusque odor, vix liberam spirandi facultatem permittens, ianuam eiusmodi vaporarii aperientibus copiose obuiam venit, &, cum per tempus ibidem commoramur, vestibus ita se insinuat, vt multo post foetidissimum adhuc spargant odorem. Ante omnia vero quam maxime haec singula eo pejora euadunt atque deteriora, si, vt solent hi homines, hypocauisto simul calefacto, aērem hunc inquinatum odoriferis corrigere

rigere intendunt suffitibus, & hac de re accensis variis resinis vegetabilibus, oleosis & resinosis particulis refertis, frequenter copioseque perfundunt cubilia; antea vero, fenestris ianuisque apertis, externo aëri liberum haudquaquam permittunt accessum. Sic enim eo facilius particulis iisdem diversae indolis atque naturae ad motum intestinum purredinosum arque resolutorium, & hinc quoque maiorem aëris depravationem sternitur via, vt sensim pedentimque humanae machinae perpetuo euadat inconuenientior damnosiorque.

§. XVI.

His itaque cognitis atque perspectis, ipsa rerum series nos iam arcessit, ut demonstremus noxas, in corpus humanum, nimis scrupulose curioseque ab aëre externo frigido defensionem, redundantes. Atqui haec damna, quae passim iam innuimus, ad triplex in primis reducemos genus. Primum consistit in inspiratione & retrocessione seri excrementii, partim ipsius eiusdem corporis, partim quoque aliis & plane peregrini, in atmosphaera inquinata haerentis (§. XIII. & XIV.). Constat enim, haud minorem in quoconque corporis puncto adesse vasculorum inspirantium, quam exspirantium numerum c). Quodsi nunc a calido & humido aëre oscula haec nimis relaxantur; tunc, decenti tono ablato, exspiratae partes, sudoris aut madoris instar diutius in corporis superficie haerebunt;

C 3

&c

c) Confer. D. Abraham KAAV *Perspiratio dicta Hippocrati,*  
& Bernhardus ALBINVS *de Poris corporis humani.*

22 *De nimis scrupulosa humani corporis*

& hinc non eo maiorem solum relaxationem producent, sed successive quoque in ea oscula aperta rursus penetrabunt d). Reliquae vero impurae in aëre contentae particulae itidem facilime cum humido transpirabili confluent seque commiscebunt, hacque ratione secundum eundem modum in humanum suscipientur corpus. Resorptis ergo & ad massam sanguinis iterum delatis iisdem particulis, quae iam iam, vt vt superfluae, ex corpore fuerunt eductae, fieri non potest, quin sanguinis moles in dies maiores capiat augmentationes, simulque suam ordinatam amittat blanditiem atque crasin. Praesupposita autem toni laesione, solidorum quoque actio in fluida diminuitur; id quod si fiat, humorum per vasa retardatur progressus, sanguinisque particulae minus, quam par est, inter se atteruntur atque resoluuntur, ita, vt serosa pars excernenda ab aliis haud liberari, multo minus vero vasis demandari possit exspirantibus. Satis luculenter ergo apparet, seri huiusc inspirationem siue retrocessionem magnam inducere noxam, nimirum spissitudinem omniumque humorum indolem depravatam.

§. XVII.

Alterum vero horum damnorum genus, iisdem erroribus commissis contractum, illud ipsum constituit, quod tam solicite auertere eiusmodi homines intendunt. Eorum enim sententia in eo versatur, vt tantum, quantum fieri possit, corpus in conti-

\*) Conf. Ger. van SWIETEN in *Commentar. in BOERHAAV. Aphorism.*

continua satis larga conseruent perspiratione, & omnia, hanc qualicunque modo sufflaminantia, curose euitent. Atqui iisdem circumstantiis in primis imminuitur haec atque perturbatur. Namque, ut Physiologi clarissimi demonstrant, duo palmaria ad eandem rite absoluendam requiruntur momenta; partim, ut vasa decens possideant robur atque tonum, cuius ope nimur moleculae resolutae liberataeque protrudi queant; partim, ut aer ita sit constitutus, quo totidem particulas absorbeat, easque in interstitia sua recipiat, quot continuo et tubulis cutaneis capillaribus exhalare solent <sup>e)</sup>. Iam vero haec nobiscum pensitibus, facili negotio clarum perspectumque esse potest, eiusmodi vitae genus Sanctorianam perspirationem quam maxime omnino perturbare, haudquaquam vero promovere. Primo enim humidus simulque calidus aer, tale corpus ambiens, iustum vasorum exhalantium tollit tensionem, quo facto sanguis in eorum extremitates non eo, quo par esset, nisi irrumperet potest. Porro vero aer atmosphaericus tot tamque diuersis particulis iam iam refertus atque impraeognatus est (§. XI.), ut certe nihil amplius in interstitia recipere possit, & corpus sic, quasi in proprio vaporum, de ipsorum huiusmodi vaporiorum corpore exhalantium, balneo haeret. Ex quibus denique euenit, ut talia corpora madore semper sint perfusa, primoque intuitu liberius succedere transpiratio videatur. Verum enim vero, ratio eiusdem madoris praecipue latitat in aeris constitutione

e) Conf. HAMEKERI *Physiologia medica* §. 537. 538.

24 *De nimis scrupulosa humani corporis*

*tione f).* Quodsi enim halituosi humores non statim ab aëre ambiente absorberi possunt, tunc in ambitu corporis illos in minimas roridas abire guttula, satis nonnunquam visibles, oportet. Ad haec vero ipsa quoque canaliculorum cutaneorum exspirantium debilitas atque infracta systole efficit, ut tardissime hoc iter prodituri in auras humores absolvant, & deficiente vasorum impulsu, in corporis superficie collecti in guttulas coalescant.

§ XVIII.

Quod demum tertium horum damnorum genus concernit, illud praecipue naturalem respirationis ordinem salutaresque illius effectus perturbat laeditque. Partim enim priora (§. XVI. & XVII.) commemorata damna, dum excrementios succos in corpore humano augent, sanguinisque & humorum progressui remoram iniciunt, ipsos motus musculorum, respirationis negotio inservientium, difficiliores impeditioresque reddunt; partim vero aër eiusmodi vitiosus, impurus, vappidus, adeoque omni pene elasticitate sua priuatus, praeterea que calidus, quem eiusmodi homines vaporarii hauriunt (§. XIV. & XV.), neque efficax satis est ad superandum promte facillimeque aëris externi, in pulmonis latibus haerentis, renisum, neque sufficiens sanguini pneumonico, per arteriolas pulmonales adfluenti, refrigerium inducit. Hoc vero effectu deficiente, cum tamen circularis motus continetur, calor semper magis magisque augetur; hinc sanguis nimium expanditur, vt in sinistrum cordis

f) Conf. HAMBERG. *Physiolog. medic.* §. 539.

cordis ventriculum a dextro elactulata quantitas recipi haud possit. Accumulatur itaque in venosis pulmonum vasis, minori prae arteriis suis, insueto alias ordine, diametro praeditis g). Proinde ergo sanguini liber denegatur transitus, adeoque etiam ingressus in cor, quo factō diastole &, quae cum hac conspirat, utriusque ventriculi systole insigniter laeditur atque turbatur. Quoniam vero validus hic motus ad omnes requiritur actiones rite in corpore perficiendas: cuilibet palam est, & eo respectu machinae satis notabile inferri damnum. Taceo, quasdam earundem particularum alienarum, in aëre praesentium, eodem quoque modo ad massam deferri sanguineam, simulque & ibidem partes quasdam fecernendas retineri. Namque ut in epidermide, ita quoque in epithelio, plures, tam exhalantes, quam inspirantes tubuli reperiuntur b).

§. XIX.

Sed dum specialiora, quae inde (§. XIV-XVIII.) emergunt, damna recensenda suscipimus, anteaquam commentatiunculae huic nostrae impunitur finis, operae habebimus compendium; quandoquidem bina priora, quae paullo ante generatim attigimus, detrimentorum, a nimis scrupuloso calidoque regimine oriundorum, genera eosdem producent effectus. Namque & exspiratio tenuioris illius roris, quem perpetuo ac iugi motu e spiraculis

D

lis

g) Conf. HAMBERGERI *Physiolog. medic.* §. 131. n. 3.

b) Conf. D. Abraham καν δε Perspirat. dicta Hippocrati, Cap. VI. it. HAMBERGERI *Physiolog. medic.* §. 511. 512. 132.

26 *De nimis scrupulosa humani corporis*

lis cutaneis emitte oportet, suppressa, & inspiratio eiusdem liquidi subtilioris iusto copiosior auctiorque excrementitiam seri sanguinisque portionem in corpore humano retinet accumulatque: simulque extremos canalium villos vehementer emollit, relaxat debilitatque. Hinc non solum porro liberior humorum per vasa motus imminuitur atque retardatur, verum etiam, ob vitales succos ad maiora vascula redundantes, adeoque difficillimum eorundem in tubulos minimos se- & excretorios ingressum, variae particulares oriuntur congestiones, foecundae febrilium motuum aliorumque malorum matres. In primis vero caput atque pectus, partim ob maiorem vicini cordis vim, partim ob laxitatem ipsis ab aere humido & calido *ἀπέστως* inductam, ab irruentibus humoribus maxime petuntur atque infestantur. Ea de causa, si actiones spectemus animales mutatas peruersaque, oritur grauitas capitis mentisque torpor, ad reliquum quoque vniuersum prodigiens corpus, lassitudinemque & languorem producens; si vero vitalium functionum intueamur laesiones, evenit inde inaequalis humorum motus, calor latus & febrilis, cum extremarum partium refrigeratione, ut mox commemoranda respirationis via iam silentio praeteremamus; in actionibus naturalibus denique vbiuis maximae accident perturbations, verbi causa, digestio ventriculi & intestinorum depravata, chylificatio, sanguificatio, nec non omnes in genere se- & excretiones laesae viatiæaque.

§. XX.

Peculiares specialissimique ex solidorum fluidorum-

dorumque hac depravatione, in primis vero ex fluido sanguineo, ad partes quasdam debilitas congesto delatoque, progerminantes affectus, facilissimo modo ex antea commemoratis possint erui atque deduci. Primo enim sanguis hic spissus atque acris (§. XVI.), si versus caput, ab aëre ambeunt immediate taetum, eoque ipso prae omnibus relaxatum, congeritur, tunc vasa eiusdem non solum, propter nimiam expansionem, tono ac robore decenti priuantur, quo facto languidius dein procedit transitus; sed facile quoque ad subsistentiam atque accumulationem, tam sanguineorum, quam seroforum humrum suppeditatur pabulum. Hinc ergo euenerit, ut eiusmodi homines continuo fere capitidis dolore, anrium susurrū, oculorum lippitudine, coryza, odontalgia, glandularum colli tumoribus &c. corripiantur infestenturque. Secundo vero si magis in vasibus pulmonalibus, vel aspera arteria subsistit, oriri solent raucedines, tusses, pectoris a mucida collunie oppletiones, & huius generis plura incommoda, quae singulatim summa aërem viscidumque sanguinem, ad partes easdem, a calido & humidō eiusmodi aëre debilitatas, congestum, solummodo pro cauſa accusant. Porro constreti eorundem subiectorum rheumatici & arthritici dolores eidem causae haud iniuste suos quoque debent natales. Redundante enim acri viscidoque sanguine, tenerima earundem partium vascula ultra modum distendi expandique necesse est. Pari ratione ab ista inducta plethora, & sanguinis qualitate vitiata, sulphureo-salina spissa-que, ortum quoque trahunt erysipelacei, purpu-  
D 2 racei,

28 *De nimis scrupulosa humani corporis.*

racei, scabiosique cutis affectus, eiusmodi subiectis pellitis incarceratisque adeo solemnes atque frequentes. Plura hic, si arcti paginarum limites illud permetterent, in medium proferre possemus exempla, eadem vberius illustrantia confirmantiaque. Quinam alias magis, ac nobiliores, eiusmodi regimen sestantes, erysipelate, purpura chronica, scabieque pruriginosa vexantur? Eorum infantes, quos insano nonnunquam amore tam sollicite a frigidi aëris, & hinc, vt ipsimet opinantur, a mortis accessione defendere atque arcere nituntur, ferre continuo achoribus pruriginosaque efflorescentia laborant.

§. XXI.

Tertio denique damnorum generi, quod in respiratione singulariter laesa constituimus, plurima quoque singularia & subsecua subsunt mala, quae partim ad mutatum turbatumque sanguinis pulmonalis motum pertinent, partim ipsi cordi trans-euntique per illud sanguini varias infinitasque excitant turbas. Dum iraque primo sanguis in tubulis pulmonum arteriosis, ob transpirationem imminutam, accumulatur, neque porro, vt est inidonea aëris huiusmodi intemperies, satis refrigeratur & hanc ob caussam incapaciores præ arteriis venas distendit atque infarcit; oriuntur inde inflammations horum vasculorum aliorumque cum iisdem coniunctorum, quas pleuritidis & peripneumoniae nomine Medici complectuntur. Ex eodem quoque fonte fluunt porro haemoptyses subsequentesque affectus, v. c. infarctus, tophi, scirri, ulcera, aliaque id

id genus mala pulmonum. Dein etiam ab iisdem his vasculis, tam vehementer distentis, dicati respirationis negotio nervi musculari, e. g. phrenici, diaphragma, intercostales, &c. ad spasticas irritantur contractiones, singultum, oscitationum, tussum, asthmatum conuulsiorum, &c. foecundas procreatrices. Alter autem, quem iam indicaui-  
mus, effectus, qui motum sanguinis per cor cor-  
rumpit & tantum non sufflaminat, non solum san-  
guinem in dextro cordis ventriculo insigniter cogit  
atque accumulat, verum etiam minorem vitalis hu-  
ius liquoris copiam ad sinistri ventriculi caveram  
transmittit: ex quo cordis palpitationes, polyposa  
sanguinis coagula &, ob turbatam simul singularem  
ipsius cordis transpirationem, saepenumero peri-  
cardii hydropera oriuntur. Ex quibus omnibus ha-  
etenus (§. XVI-XX.) disputatis Lectorem intelle-  
xiisse oportet, quanta illorum sit dementia, ne di-  
cam furor, qui sanitatem, dum conservare volunt,  
initis plane contrariis rationibus infringunt, imo  
saepius prorsus euertunt. Vere enim illis acclama-  
ri potest illud Poëtae:

*Hos item quam fugeret, se Fannius ipse peremit:  
Hic rogo, non furor est, ne moriare, mori?*


S. D. G.



D 3

NOBI

NOTE



NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
CANDIDATO

<sup>s. p. d.</sup>  
ANDREAS ELIAS BUCHNER,

REGiae FRIDERICIANAE H. T. PRO-RECTOR.

SI cui vñquam supremos in arte salutari honores cum integrissimo animi affectu gratulatus sum, PRAESTANTISSIME CANDIDATE! TIBI profecto, post tot varios casus atque discrimina rerum ad eosdem iamiam capessendos adspiranti, hoc ipsum officium sum praestitus. Morum enim insignis elegantia, ingeniique TVI alacritas, & iudicij exactior promptitudo, hic qualunque testimonium non requirunt solum, sed postulant vere exiguntque. Accedit praeterea, quod, cum per duo iam continuos annos non solum omnium maxime sedulus auditor singularis meis paelectionibus interfueristi, verum etiam inter varias occupationes, & publicas, & domesticas, constans fere comes mihi adhaesisti, non videam, a quo accuratius magisque conspicuum prefectum TVORVM, in scientia medica adquisitorum, testimonium possit exspectari. Proinde, nisi in praefentiarum longe occupatissimus essem infinitisque & Academiae & Ordinis nostri negotiis implicatus distraherer, habuisses, supremam iam consensuris cathedram, qui hucusque comes mihi fuisti, me quoque comitem & publicum eruditiois TVAE, in publicis solennibusque certaminibus vberius iam antea declaratae, testem. Ne quid vero amori erga TE meo deesse videarur, hoc precibus TVIS quam lubentissime dedi, vt amicum in specimine TVO inaugurali defendendo me habiturus sis aduersatorem. Ceterum vero, cum propensum in TE animum meum nosti, vota, pro felicitate TVA nuncupanda, paucis expediā. Adspiret quibuscumque TVIS ausibus, vbi cunque terrarum sis commoraturus, diuina clementia, TEque parentibus TVIS carissimis gaudio deliciisque, patriae ornamento, aegrotis solatio, TVBQUE ipsi honori esse iubeat. Vale, &, si quaevis TIBI, vii animitus yoneo, ex voto animique sententia succedunt, mei quoque memoriam absens interdum recolere non intermitte. Dab, Halae Magdeburg. d. XXX. Septembr. MDCCLVIII.

NOBI-

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO CANDIDATO,

S. D. P.

P R A E S E S.

**D**um de corpore humano scrupulose ab aëris frigidi accessione defenso disputas; in mentem mihi incedit, dari morbos quam plurimos, in quibus sudores spontanei, durante morbo haud exigua corpori adferentes incommoda, neque suppressimendi, neque calido augendi regimine, sed placide tolerandi & prudenti ratione moderandi sunt. Huc pertinent sudores critici, quibus acuti soluuntur morbi, atque ex chronicorum numero, intermitentes praecipue referendae febres, quarum paroxysmi sudoribus finiuntur. Si vero vnguam alibi, certe in purpura regimen diaetericum esse debet temperatissimum. Ex eo enim tempore, quo infelici sub fidere in *Saxoniu* porosissimum purpura, paeferim alba, commune quasi symptoma plurimarum puerperarum, sese manifestauit: obseruatum fuit, a repentinis commotionibus, materiam subtilem fermentescentem, reliquae mixtionis integritati inimicam, & generatam & austam fuisse. Solent vero inter alia eiusmodi inducere exaestuiones, nimius alexipharmacorum calidorumque diaphoreticorum vfls, infusa calida, copiose hausta, regimen sudoriferum coactum; vrpote quibus maior partibus solidis inducit debilitas, materia morbifica cum febre augetur, exanthemata ad peripheriam corporis invitantur, eorumdemque recessioni facillima suppeditatur ansa. Turißima igitur incedunt via, qui tam in tuenda sanitate, quam etiam curandis morbis, placidum regimen diaetericum eligunt, & ad insensibilem potius transpirationem, quam sollicitam aëris per regumenta exclusionem respiciunt. Huic viae insistendum esse, optime docuisti in Dissertatione solemni, docte & proprio, vt aiunt, marte, a te elaborata. Quod ipsum singulare proiectuum *TYOKVM* in medicina acquisitorum specimen certam

certam facit spem, te illud quoque absque praesidio esse defensurum, insimulque expectationem, quam de te gratus conceptis ordo, abunde confirmat. Ex quo enim Fridericiana saluasti, ex illo quoque omnibus celeberrimis eiusdem Professoribus innotuisti, nec alio nomine, quam diligentia indefessa, praeclara ingenii indole, morumque probirata. Accipe nunc, praemii loco, summos, quos tibi gratulor, decretos honores, hisque ornatus quoconque te TVAQVE fata vocauerint, res TVAS in summi Numinis gloriam, TVI nominis honorem, & plurimorum aegrotantium salutem perage quam felicissime. De meo autem in te propenso animo dubitare noli. Vale. Scrib. Halae d. XXV. Septembr. MDCCCLVIII.



PRAENOBISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DN. CHRISTOPH. ERNEST. GROSSIO  
HONORVM MEDICORVM  
CANDIDATO DIGNISSIMO  
S. E. O.

IOANNES IOACHIMVS LANGE

MATH. PROF. PUBL. ORD. ACAD. IMPER. NATVR. CYRIOS.  
ET REG. BORVSS. SCIENT. COLLEGA.

Cum iam in eo sis, vt egregie peracto stadio academico honores in Medicina summi ex merito Tibi conferendi sint; non possum quin litteris hincse animi erga Te mei publicum exhibeam testimonium. Facili negotio illos inter reliquos academicos discernimus, qui suauitate morum, mente erecta, sincera & ad virtutem composita, qui indefessa litterarum studio, prae reliquis eminent, & gaudemus si eos reperiamus, quos ad utilitatem publicam promouendam omnibus subsidiis instructos videmus atque eo sedulo allaborantes, vt indies litterarum & virtutum augmenta capiant. Ego vero simul ac haec omnia in te coniuncta intelligerem, Te diligere ita incepit

cepi, ut Tibi ipsi & publico insignem hanc felicitatem maximopere gratularer. Cum vero his omnibus accedat, quod singulari Tua humanitate & studio in me meosque me Tibi peculiari ratione deuinctum reddideris, multas sane rationes habeo, quare Tibi bene velim. Vota autem mea non eam Tibi exoptant felicitatem, quae incerta & ambigui eventus est; sed cum fiducia Tibi pollicentur patronorum faorem, ut occasio & locus Tibi concedatur, pro insigni, qua polles in arte medica dexteritate aegrotos subleuandi atque dum aliis inferuis Tua quoque commoda promouendi. Adsit summum Numen omnibus Tuis laboribus cosque felici successu coronet. Vale. Dabam in Regia Frideriana die XXII. Sept. MDCCCLVIII.

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO,  
**CHRISTOPH. ERNESTO GROSSIO,**  
 SVMMAE DIGNITATIS MEDICAE  
 CANDIDATO DIGNISSIMO,  
 AMICO PLVRIMVM DILECTO,  
 S. P. D.  
**PETRVS IMMANVEL HARTMANN,**  
 MEDICINAE DOCTOR, ACADEMIARVMQUE CAES. NAT. CYRIOS.  
 ET ELECT. MOGVNT. ERFVRT. SCIENT. VTL. SODALIS,

**Q**uum in eo sis, AMICISSIME GROSSI, ut superbiam sumas meritis quae sitam, summosque adipiscaris medicorum honores, ad quos plurium annorum singulari industria incredibilique animi ad discendum ardore non minus, ac admirabili ingenii TVI felicitate maturoque iudicio terendisti: profecto mihi met ipse grauissime irasperer, nisi insigne illud gaudium, ex diei huius TVI festinitate mihi enatum, publica quadam TIBI innotesceret testificatione, animi simul mei prolixam erga te voluntatem, quoad eius in tam leui tenuique pagina fieri potest,



poteſt, locuplētissime declaratura. Proinde licet haec longe  
occupatissimus ſcribam, & ipla media nox exarandis litterulis  
ſit impendenda, quibus ne momentum quidem diei vacat: ne-  
quaquam tamen deero huic officiorum generi, quod me aliqua  
tantum, quae partim de te ſcire aliorum interefft, partim ad  
noſtrām propius attinent amicitiam, calamo conſignare iu-  
bet. Quodſi igitur primo pauca quaedam de meritis **TUS**  
ad alios diſputauerō, ea animi mei id fieri integritate, ut a tur-  
pi adulatoris nomine alieniſſimus ſim futurus. Namque ſi  
ſumma animi **TUI** in colendis ſtudiiſ medicis philoſophi-  
eſque alacritatem, ingenium feliciſſimum, induſtriam ex-  
quifiſiſſimam, attentionem maximam, & perpetuam cum  
eiusmodi viri doctořibusque **TUS**, a quibus proſcieres,  
conuerſationem, iſum denique artis ſalutaris exercitium,  
quo iam per ſatis protractum temporis ſpatium perfunctus  
es, ſtrictim tantummodo atigero, neque in laudum **TVARYM**  
veritatem, neque in modeſtiam **TVAM**, neque in amore erga  
te meum videor mihi eſſe iniurius. Quantis vero progres-  
ſibus vniuerſam artem medicam fueris perfequutus, *Magnifi-  
cus & illuſtres Ordiniſ noſtri viri luculentiffimiſ testimoniiſ  
confirmebunt.* Porro autem ex quo in meam veniſti notitiā,  
elegančia morum **TVORYM** animique ingenuitas non ſolum ami-  
cītiae inter nos mutuae, ſed familiaritatī quoque aperuit fores:  
ut pauciores praetererint dies, quibus mihi **TECUM** nullus fue-  
rit uſus. Hinc ergo intelligere potes, **AMICORVM CARISSIME**,  
quanta animi cum volupate hos iſipſos, quos mox capeffurus es,  
honořes **TIBI** gratuler, imposterum maiora adhuc emolumenta  
**TIBI** comparatuſ. I ergo, felicibusque ſatis ex complexu  
meo dimiſſus utere, reſque **TVAE** ira age, ut ſplendidiffimae **TVAE**  
familiae decori & ornamen̄to, plurimiſ aegrotantibus ſolatio,  
**TIBIque** felicitati & emolumento perpeſuo ſis futurus. At  
profecto maxima noſtrāe amicitiae fieret iniuria, niſi mei quo-  
que, te nunquam non amore profequuturi, amieiffimam gra-  
tissimamque memoriam conſerueris. Vale. Dedi Halae Magde-  
burgiae, d. VII. Calendar. Octobr. MDCCCLVIII.

Endlich

\* \* \*


Endlich reift auch Zeit und Vorsicht Dich von meiner freuen  
 Brust,  
 Die nur in den Freundschafts-Pflichten das Gefühl der reinsten Lust  
 Für ihr höchstes Gut geschätz. Nun verschwinden diese Freuden,  
 Und die nahe Wehmuth lagt über ein so schmerzlich Scheiden.  
 Freund! Wie flohen sie, die Stunden, die wir zärtlich zugebracht,  
 Und die nie ein faul Geschwätze ekel und besleckt gemacht.  
 Neigte sich auch je ein Tag in die Dämmerung schwarzer Schatten,  
 Ohne daß wir uns gesehn und ihn wohl verlebet hatten?  
 Eine Wahl und gleiche Triebe machten unsren Busen heiß;  
 Denn das Kleined Meditirinens unterstützte Müß und Fleiß,  
 In ihr innres Heiligtum durch der Lehrer Mund zu bringen  
 Und mit forschender Begier Kranz und Lorbeer zu erringen.  
 Nun umglänzet Dich ihr Purpur und verlangt von meiner Pflicht,  
 Dass die Freundschaft Deinem Ruhme noch die letzten Palmen bricht.  
 Doch „ erlaube diesmal, daß nur meine Flöten flagen  
 Und Dir die Empfindlichkeit des lebendigen Schmerzes sagen;  
 Da uns Glück und Gegend trennen, da die Hoffnung sinkt und fällt,  
 Dass vielleicht mein zärtlich Wünschen nie Dein Wiedersehn erhält.  
 Meine Treue gegen Dich gründet sich auf reine Triebe,  
 Diese, wo Du fühlbar bist, fordern von Dir gleiche Liebe.  
 Gott und Schickfal will uns trennen „ „ Wiele trifft ein ähnlich Loos,  
 Die ihr Glück nur kurze Jahre in den Arm der Freundschaft schloß.  
 Unsers Umgangs kleine Zeit ist die Wohlthat von zwey Jahren,  
 Die uns durch Geselligkeit, Pflicht und Arbeit nützlich waren.  
 Dieser Raum von unsren Tagen sei der Seele eingeprägt,  
 Bis man unsre morsche Knochen zu dem Staub der Väter trät!  
 Die Empfindung ist zu groß und es fehlt an achten Bildern,  
 Dir die Regung meiner Brust, unschätzbarer Freund! zu schildern.  
 Darum nun von meiner Treue mit dem Wunsche frommer Pflicht  
 Allen Seegen, den die Gottesheit Eugenhaften stets verspricht.  
 Führt Dich Eifer und Beruf vor den Nächsten Krankenbette,  
 So begleite Dich das Glück, daß ihn Deine Klugheit rette.  
 Deine Wissenschaft ist gründlich; ihre Tochter nennt man Ruhm.  
 Diese wird sich Dir vermählen in Hngegens Heiligtum.

Denke,



Denke, wenn Du glücklich bist, daß Dein Freund sich innigst freue,  
Und dem Höchsten für Dein Wohl täglich neuen Weihrauch streue.  
Meine Freundschaft bleibt Dir heilig; fühlst Du gleiche Zärtlichkeit,  
So wird unser treues Bündnis durch die Trennung nie entweicht.  
Lebe wohl! mein Jonathan! Lebe, wo Du willst, auf Erden!  
Dein Gedächtnis kan mir nie aus der Brust entrissen werden!


Joh. Andreas Wilhelm Büchner, M. D.



**D**ass die Mäusenöhne doch an Dir, mein treuer Große, lernten,  
Dass die mit Fleiß vollbrachte Saat, läßt Ehre, Glück und Nach-  
erbum erndten.

Hiermit empfiehlet sich dem Herrn Verfertiger dieser  
Streitschrift zur zärtlichsten Freundschaft

J. A. Gercken, M. C. OPPON.



Du nimmst den wohlverdienten Kranz  
Und eilst hinweg, der Welt zu zeigen,  
Es müsse wahrer Ehre Glanz  
Durch den Dienst des Nächsten steigen.  
Zieh hin, mein Herz zieht mit Dir;  
Es klagt, die Augen thränen mir,  
Sie sollen Dich nicht ferner sehen!  
Doch Freund, Dir muß es wohl ergehen,  
Die Tugend selbsten segnet Dich.  
Auch dies ist kaum ang'g Trost vor mich.

Hiermit empfiehlet sich zu fernerer Freundschaft und geneigten Angedenken

Lange.




01 A 6528

ULB Halle  
002 928 698

3







DE  
NIMIS SCRVPVLOSA  
HVMANI CORPORIS  
AB AERE FRIGIDO  
DEFENSIONE  
E IV S Q V E N O X A

SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS  
ET  
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRAE S I D E  
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMOQUE  
**D. PHIL. ADOLPHO BOEHMERO**  
MEDICINA ET ANATOMIAE PROF. PVBL. ORDINARIO,  
ACADEMIARVM CAESAR. NATVRAE CVRIOSOR. ITEMQUE IMPERIAL.  
PETROPOLIT. ET RÉGIAE BEROLINENS. SCIENTIAR. SODALI,  
ORDINIS MEDICORVM H. T. DECANO,

PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS RITE CAPESSENDIS  
AD D. XXVII. SEPTEMB. A. S. R. MDCCLVIII.  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA  
PVBLICE DISSERET  
AVCTOR  
**CHRISTOPHORVS ERNESTVS GROSS**  
BAVMERSRODA THVRINGVS,  
SOCIETAT. LIBERAL. ART. LIPSIENS. SODAL.  
HALAE MAGDEBURGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.